



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1925

De S. Cynon Confessore In Cambria

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

VITA

መ፡ እስግድ፡ ሎቲ፡ ። ወሰብአ፡ ሀገርኒ፡ ሰሚ
 ሥሙ፡ ከመ፡ ሐይወ፡ ወልደ፡ መኩንን፡ መጽ
 ኡ፡ ጎቤሆሙ፡ ወሰገዳ፡ ሎሙ፡ ወይቤልዎ
 ሙ፤ አቅዱሳን፡ ለእግዚአብሔር፡ ባርኩ፡ ላዕ
 ሴን፡ ወፈውሱ፡ ድውያኒን፡ ወእምዝ፡ አውዕኡ፡
 እሙንቲ፡ ፈያት፡ መጣብሔሆሙ⁴፡ ወወሀብዎ፡
 ለመኩንን፡ ወይቤልዎ፡ ለመኩንን፤ ንሣእ፡
 ዘንተ፡ መጥባሕተ፡ ከመ፡ ትቅትለን፡ ቡቲ፡ በ
 ከመ፡ ፈቀድን፡ ንቅትልከ፡ ወይቤሎሙ፡ አስ
 ከናፍር፤ ዘንተሰ፡ ዘትቤሎ፡ ከመ፡ ታትሕቲ፡
 ርእሰክሙ፡ ወይቤልዎ፤ ለነሰ፡ እምጠሰዩን፡ እ
 ግዚአብሔር፡ ሶበ፡ አኮ፡ በጸሎተ፡ ዚአከ፡ መ
 ሐከን፡ ወእምድኅረ፡ ይቤልዎ፡ ዘንተ፡ ተአም
 ኅዎ፡ ወነሥኡ፡ ለለጅጅእምኔሆሙ፡ ንስተተ⁵፡
 ብርስን፡ በመስፈርት፡ ወሐሩ፡ መጠን፡ ጅወጅ
 ዕለት፡ ወዘረው፡ ወአቲ፡ ብርስን፡ ወሰተ፡ ጥ
 ዓ፡ ወበጊዜ፡ ዕርብተ፡ ፀሐይ፡ ይበልወ፡ ፫ብ
 ርስን፡ በጊዜ፡ መፍቅዶሙ፡ ወነበሩ፡ ከመዝ፡
 ቧመዓልተ፡ ወእምዝ፡ መጽኡ፡ አረሚ፡ ወቀ
 ተልዎሙ፡ ።

⁴ መጣብሂሆሙ፡ cod. — ⁵ ንሲተተ፡ cod.

mihī ostendite, ut eum adorem.» Cum autem D
 cives urbis audiissent convaluisse filium prin-
 cipis, ad illos venerunt, eos adorarunt iisque
 dixerunt : « O sancti Dei, benedicite nobis, mor-
 bosque nostros curate. » Postquam illi discesse-
 runt, latrones sicam suam eduxerunt atque prin-
 cipi obtulerunt, eidem dicentes : « Accipe hanc
 sicam, qua nos interficias, sicut te interficere
 volebamus. » Ait illis Ascanafēr : « Scilicet haec
 dixistis ut vosmet ipsos deprimeretis ! » Dixerunt
 ei : « Profecto nos Deus perditurus erat, nisi tuo
 precatu nobis indulsisset. » Quae cum ei dixissent,
 eum osculati sunt. Unusquisque ex illis aliquan-
 tum lentium assumpsit in mensura, et profecti
 sunt itinere viginti quinque dierum. Lentēs illas
 severunt in harena ; et occidente sole, cum esu-
 rierent, tres lentēs comedere solebant. In quo
 vitae genere triginta dies perseverarunt. Deinde
 infideles supervenerunt eosque occiderunt.

ad
Christum
convertit.

E

DE S. CYNON

CONFESSORE IN CAMBRIA

SAEC. V

S. Cynon,
alias
Knonkel,

1. Refert R. Challoner (1) auctore Browneo Wil-
 lis (2) hodie fieri in vico Tregynnān (Montgome-
 ryshire) festum S. Knonkel (3) confessoris. Hoc
 nomen neque Baring-Gould et Fisher (4), neque
 alius quispiam, quem noverimus, usquam invenit
 inter sanctos ; ceterum constat ex ipso vocabulo
 vicum Tregynnān (rectius Tregynnon) patronum
 habere S. Cynon. Quam ob rem accedimus eorum
 sententiae qui putant Knonkel eundem esse ac
 Cynon (5).

acta e
recentiori-
bus scriptis.

2. Neuter memorari videtur in calendariis, neuter
 in antiquis genealogiis. At si recentioribus
 scriptis fides habenda est, ortus est S. Cynon praec-
 laro genere Emyr Llydaw (6). Unus fuit e

multis illis sanctis qui post medium saeculum
 quintum ex Armorica in Cambriam transmiserunt,
 duce et magistro S. Cadfan, « ut fidem baptismum-
 que instaurarent » (7). Longum est exscribere col-
 lectanea viri clari Iolo Morganwg de S. Cynon,
 quae res easdem referunt vix immutatis verbis (8).
 Ut omnia paucis complectamur, socius fuisse
 fertur sancti Cadfan, consanguinei sui, primum in
 Bangor Illyd, dein in Bangor Calwg ; tandem,
 cum sanctus Cadfan fundasset Bangor Enlli (latine
 collegium, seu monasterium, insulae Enlli, quam
 Angli Bardsey vocant, in sinu Cardiganensi),
 ibi cancellarius eius fuisse fertur, quicquid hoc
 munus fuit (9).

(1) A Supplement... to the British Martyro-
 logy (London, s. a.), p. 30. — (2) A Survey of
 the Cathedral Church of Bangor (London, 1721),
 p. 360. — (3) Scribit Knonkel, CHALLONER ;
 Knonkell, Browne WILLIS, l. c., et John BA-
 CON, Liber Regis vel Thesaurus Rerum Eccle-
 siasticarum (Londinii, 1786), p. 1047 ; Knonkell,
 Lewis MORRIS, Celtic Remains, ed. D. S. EVANS
 (London, 1878), p. 412. — (4) The Lives of the
 British Saints, t. II (London, 1908), p. 273.
 — (5) Nomen alii aliter scripserunt : Cynon,
 Cynan, Kenon, Kynan, Kynon inter recentiores ;
 refert parum. In Libro Landavensi (ed. J. G.
 EVANS et J. RHYS), p. 150, invenitur quidam
 Cinan rex, et, p. 276, Cinon sacerdos ; hae anti-
 quissimae videntur esse vocabuli formae. —
 (6) E codice Thomae Hopcin, conscripto circi-
 ter annum 1670, ap. Edw. WILLIAMS (Iolo MOR-
 GANWG), Iolo Manuscripts, ed. Taliesin WILLIAMS
 Ab Iolo (Llandoverly, 1848), p. 111-12 ; e libro
 longo Thomae Truman, quem exscripserat Edw.

WILLIAMS anno 1783, ibid., p. 131-33. — (7) I ad-
 newyddu Cred a Bedydd, ex eodem codice, l. c.,
 p. 111. Eandem peregrinationem referunt alii
 plurimi, quorum ut recentiores omittamus, exem-
 pli loco sint cod. Peniarth 16 (saec. XIII in.)
 apud BARING-GOULD and FISHER, op. c., t. IV
 (London, 1913), p. 371, col. 1, et cod. Peniarth
 45 (saec. XIII extr.), l. c., col. 2. — (8) Iolo Ma-
 nuscripts, p. 103, n. 56 ; p. 112, n. 7 ; p. 133.
 Cf. O. JONES, Edw. WILLIAMS and W. O. PUGH,
 The Mygyrian Archaeology of Wales, ed. 2 (Den-
 bigh, 1870), p. 421, col. 1 ; p. 422, col. 1 ; et
 W. J. REES, Lives of the Cambro British Saints
 (Llandoverly, 1840), p. 266, n. 24. — (9) Cymrice
 cynghellawr. Cancellarii officium, quinto post
 Christum saec., quid fuerit, non satis perspicuum
 habemus. Forsitan recentiore vocabulo usus est
 scriptor ut antiquum munus significaret oeco-
 nomi, de quo vide C. PLUMMER, Vitae Sanctorum
 Hiberniae (Oxonii, 1910), t. I, p. cxvii-cxviii ;
 nisi forte cum audisset de cancellario sancti

3.

Proverbum 3. *Inter dicteria cymrica, quorum silva carmine est collecta, hoc de S. Cynon est :*

A glywaist ti chwedl Cynon
Yn ymochel rhag meddwon?
« Cwrw da yw allwed calon. » (1)

Latine: Audistine dictum Cynon, cum ebrios fugeret? « Bona cerevisia clavis est cordis. » Ceterum Cambrensibus hominibus hoc est in proverbio: Allwedd calon cwrw da (2), « clavis cordis cerevisia bona ».

Ecclesiae dicatae in Cambria, 4. Nemine auctore, sed ideo tantum quod nulli alii sancto commode ascribi posse videbantur, existimatum est hunc S. Cynon patronum esse ecclesiae Treggynon (in comitatu qui Cambrensis est Trejaldwyn, Anglis Montgomery), et ecclesiae Capel Cynon, quae subiecta est parochiae Llandyssilio Gogo (in comitatu Aberteifi, seu Cardigan). Ceterum, haud procul a vico Llanbister (in comitatu Maesyfed, seu Radnor) sila est antiqua domus nuncupata Croes Cynon (id est Crux Cynon); sancti Cynon crucem vel ora-

torium ibi esse erectum, illi potui fuisse aquas de Nant Cynon (id est Vallis Cynon), illius nomine esse insignitam cellam ibidem in rupe excisam, annotat scriptor rerum Radnorensum (3): quae tamen vocabula quid re vera significant, utrum ibi vixerit S. Cynon an tantum incolarum pietate cultus sit, non decrevit. Nobis quidem illa potius, quam haec sententia veri similis esse videtur; at eundem illum esse Cynon eremitam ac socium sancti Cadfan, quod minime dubium iudicavit Rev. Jonathan Williams, nobis non constat.

5. Tandem forsitan alius non est a nostro sancto cuius nomen latet in his locorum vocabulis: Saint-Conan, trève de Saint-Gilles-Pligeaux (Côtes-du-Nord); Loconan en Trebrivan (Côtes-du-Nord); Saint-Conan haud procul a Plésidy (Côtes-du-Nord); Saint-Gonnant en Caro (Morbihan) (4). Tandem et in Cornubia sacellum est cuiusdam S. Conan, prope Pencarrow (5). Haec tamen cur huic potissimum sancto tribuenda essent, a nemine unquam satis perspicue evictum fuisse meminimus.

David, J. W. Willis BUND, *The Celtic Church of Wales* (London, 1897), p. 396, voluit et sancto Cadfan fuisse cancellarium. — (1) *Iolo Manuscripts*, p. 654, n. 33. Quae lectio anteposenda videtur illi, quam exhibet *The Mygyrian Archaeology*, p. 129, col. 1-2: A glyweisti a gant Kynon | Yn ymoelut rac meduon? | « Curw yw alluyd Calon. » Latine: Audistine quod cantat

Kynon, dum ebrios fugit? « Sicera clavis est cordis. » — (2) *The Mygyrian Archaeology*, p. 839, col. 2. — (3) Jonathan WILLIAMS, *History of Radnorshire*, in *Archaeologia Cambrensis*, Third Series, Suppl. to vol. IV, December 1858, p. 502. — (4) J. LORH, *Les noms des saints bretons*, in *Revue Celtique*, t. XXIX (1908), p. 246. — (5) *Id.*, *ibid.*

DE SANCTO BENIGNO

EPISCOPO ARDMACHANO

ANNO 467

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ I. De fontibus historiae S. Benigni.

Vitae Benigni recentiores ambae.

1. S. Benigni, quem puerum sibi carissimum habuit prae ceteris discipulis S. Patricius et, postquam gubernacula Ardmachanae ecclesiae dimiserat, in suum locum ipse sibi subrogavit, una tantum Vita servata est, gadelice concepta, eaque posterioris aetatis. Accedit narratio dubiae, seu potius nullius omnino fidei, quae in Anglia ficta et conscripta est latine (BHL. 1151). At non pauca invenire est, cum alibi, tum maxime in-

ter res gestas apostoli Hibernorum passim dispersa, quae nemo adhuc, quem quidem sciamus, collegit perpenditque (1). Nam neque Iohanni Colgano, neque ante aliquot annos Iohanni canonico O'Hanlon contigit ad mensem novembrem sua scripta perducere. Crebro tamen Colganus in Triade illa Thaumaturga egit de hoc Benigno, idemque confecit indicem locorum omnium ubi, in Vitis S. Patricii quas vulgaverat ipse, mentio erat S. Benigni (2); idem etiam grandem partem Vitae (quam nunc primum gadelice edimus) latinam fecit typisque mandavit (3). Et qui martyrologium Dungallense congesserunt, summarium

(1) Excipe quae breviter attigerunt, praeter eos quorum sententias modo relaturi sumus, viri eruditi James STUART, *Historical Memoirs of the City of Armagh* (Newry, 1819), p. 90; A. P. FORBES in Wm. SMITH and H. WAGE, *Dictionary of Christian Biography*, t. I (London, 1877), p. 392; D. P. CONYNGHAM, *Lives of the Irish Saints and Martyrs* (New York, 1885), p. 112-114; John HEALY, *The Life and Writings of St. Patrick* (Dublin, 1905), p. 576-78; N. J. D. WHITE, *St. Patrick. His Writings and Life* (London, 1920), Novembris Tomus IV.

p. 129. Omni utilitate caret W. H. GRATTAN-FLOOD in *The Catholic Encyclopedia*, t. II (New York, s. a. [1907]), p. 479, col. 2, qui in auctoribus recensendis adeo incautus fuit ut afferret « O'HANLON, *Lives of Irish Saints* (9 November) XI, » cum tamen plium scriptorem mense octobri nondum absoluto obisse constet. — (2) *Triadis Thaumaturgae...* Acta... studio R. P. F. Ioannis COLGANI (Lovanii, 1647), p. 265, col. 2 et p. 680, col. 1. 2. — (3) *Id.*, *ibid.*, p. 203-205.